



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bugenhagenii Pomerani Annotationes ab ipso iam  
emissæ. In Deuteronomium**

**Bugenhagen, Johannes**

**Basileae**

**VD16 B 9247**

Capvt XXXI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36133**

curos ut perirent. Pessimus.

Primū quia suis uiribus quod gestum erat arrogabāt, deinde necessitatem fratrum ferre non poterant, illic contra deum hic contra proximum agentes, atq; adeo contra omnia p̄cepta dei. Præterea manifesta erat lex Nu. 31. Tollite summam &c. sed ferè fit ut scripturas negligamus, Hinc ista lex hoc loco innouatur quasi nunquā ante seruata, Dominus prædam dedit non uiribus pugnantium sed populo suo, Hinc & ex præda gratificatur Dauid etiam omnibus suis amicis ut commune fiat gaudium propter casos dei aduersarios.

ALLEGORIA. Amalechitæ primū inuadunt filios Israel egrediētes ex tenebris Aegyptiorū, id est, regni principis tenebrarum, ergo occidendi sunt uerbo dei & nihil ex eis relinquendum, ne postea contra nos inualescant suis armis, id est, falsa interpretatione scripturarum quasi pro suis traditionibus, quibus conscientie libertatem nobis auferre conantur &c.

## CAPVT XXXI.



Criptū est in psal. Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Non ergo refert qua morte interierit Ionathas iustus dū pugnat pro hereditate domini, Iustus enim si morte præoccupatus fuerit in refrigerio erit &c. quæ legis de exitu iusti, iudicio mundi quasi



contempto & malo Sapien. 4. Contra alibi, Mors peccatorum pessima, quam hic legis Sauli contigisse, qui non sperauit in deo Israël sed consuluit Pythonissam, ut dicitur in Paralip. & ita urgentibus hostibus actus in præliū desperatione, ut Iudas apostolus perijt, atq; hic perdidit illos quoq; secum quos antea per deū fortis saluauerat, & is blasphemia dei Israël iam tandem est in gentibus & templis earum quem deus exaltauerat. Hic est finis hypocritarum, quemadmodū dicitur toto cap. 20. Iob. Hoc scio q̄ à principio & c. Regnāt, gloriosi sunt, sapientes & iusti uidentur & aliorum saluatores, sed finis declarat eos esse ignominiam dei & blasphemiam. Huc pertinet quod de sale infatuato dicit Christus, & Ro. 2. propter uos nomen meū blasphematur in gentibus tota die. Talis & nunc tandem prodidit deus nostros hypocritas Christiana pelle teetos, post quā eos coepit dijudicare uerbo suo & à regno deturbare, ut redeat regnum ad Dauidem, id est, Christū Dauidis filiū per sanctum euangeliū creditū.

Montes illi dicuntur montes Gelboe ab ingenti uicu illic qui dicitur Gelbos.

Illudentes mihi. Suæ gloriæ nondum est oblitus. simile legis de Abimelech qui se regem fecerat post mortem Gedeonis, qui ut scribitur Iud. 9. uulneratus à muliere fragmine molæ dixit armigero, Eua-  
gina gladium tuum & percute me, ne forte dicatur, q̄



à foemina interfectus sim. Non est simile de Samfone,  
quem condēnare non potes, quia deus in morte Samso  
nis cooperatur, uires dei illic agūt nō uires Samsonis.

Trans uallem. Hic uallis dicitur uallis Isra-  
el Iosue. 17. hebraice autem Emeck.

Habitarunt]. i. praesidia illic, ut sit, posuerunt &c.

### Habitatores Iabes.

Beneficiūt isti memores beneficij per Saul accepti, su-  
pra cap. 11. Cum suo periculo beneficium reddunt uel  
mortuo, iccirco & Dauid bene precatur & benefi-  
cia promittit eis. 2. Reg. 2. *z Sami: z*

### Combusserunt.

Qui mos Iudaeis non erat, sed forte hic ita consultum  
uidebatur propter cadauera insigni ignominia à gen-  
tibus affecta, uel ne forte rursus cadauera à gentibus  
repeterentur, uel alia causa &c.

### Ieiunauerunt.

Ad officium funeris quoq; pertinebat dies luctus age-  
re, sicut de morte Samuelis etiam supra legis. Quic-  
quid beneficij hic legis laus est uiuorum, mortuos ni-  
hil iuuat.

Finis Libri Primi.